Mone, Franz Joseph [Hrsg.]: Quellensammlung der badischen Landesgeschichte (Band 4: [Lateinische Chroniken, Lebensbeschreibungen])

Seite 157



rus de Tullauw et Catharina de Michelfeldt[a], coniuges, in Hall superiore. — Primissaria in Sindelringen[b] a quibusdam devotis fundata 1405. confirmante Johanne, *episcopo Herbipolensi.* — Soror Guta Raus, magistra claustri ordinis tertiae regulae s. Francisci in Westernhausen[c], fundat missam septimanariam, a parocho in Wintzenhofen in ecclesia Westernhusana celebrandam. 1406. — F. Erhardus, magister s. theologiae in vivis. — Anno 1411. obiit Heinricus Hirsch, abbas, s. theol. doctor 6 kal. Julii [26. Juli] (dictus vulgariter der weise abbt.)

25. *[pag. 49]* Heinricus, XXVI. abbas, cognomine Rohenkeim[d], familiae nobilis. Statua piissimi fundatoris personam et habitum praesentans, fabricata et in choro conversorum erecta. Tractatumque cum posteris eius, nimirum Wilhelmo iuniore[e], commorante in Bünsswang, et Rudolpho de Bebenburg, familiare eius, quibus a principio monasterii in recognitionem promiserant patres nostri, se quotannis daturos pedules ex pilis, cinctorium militare, ocreas et alia eiusmodi. Jam vero cum erexerint lapidem, fundatorem et familiam exhibentem, insuper et cuidam emerito homini victalicium in modum fratris conversi assignaverint, jura sua et consuetudines omnino[1] resignarunt. Datum 1415. feria 4. post Egidii [4. Septemb.[f]]. Beringer de Adoltzheim[g] senior et Elisabeth de Ebersberg, coniunges, habitantes in Forchtenberg, donant pro animarum salute mediam partem utriusque decimae in Undern Dippach[h] *[pag. 50]* et quartam partem utriusque in Obern-Dippach[i], anno 1412. Sigismundus, rex Romanorum confirmat (Constantiae) privilegia nostra, praecipue illud de expensis in Mergetheim, anno 1415. Idem privilegium privilegiorum (sic nominare placet) dat, roborat, confirmat, in suam propriam successorumque defensionem suscipit, a subditis collectas et steuras sumere, praeter abbates, nulli permittit, a iudiciis monasterium cum subditis eximit, praeter s. imperii, ubi parere teneamur, a solutione thelonearum liberat etc. Datum 1418. die Mercurii post s. Dorotheae [9. Febr.]*. — Martinus V, summus pontifex, confirmat privilegia, ab antecessoribus data**. — F. Heinricus Senger de Nidernhall, bursarius, postea officialis in Heylbrunn, f. Johannes Gressler, bursarius, 1419. — Anno 1425. obiit Heinricus Rohenkeim, abbas, pridie idus Aprilis [12. April], qui anno 1415. concilio[1] Constantiensi interfuit, cum Hus combureretur, et dicitur Romanorum reginae*** fuisse confessarius.

26. *[pag. 51]* Heinricus, XXVII. abbas, cognomine Höefflin dictus, de Magstatt. Huic sacrosancta synodus Basileensis, in spiritu sancto legitime congregata, ad petitionem Conradi, baronis de Weinsberg, *sacri Romani imperii camerarii*, concessit usum mitrae et aliorum pontificalium, nec non pallas altarium et vasa, calices, ornamenta et paramenta benedicere, minores fratribus conferre ordines. Actum Basileae II. nonas Marcii [6. März], anno 1439†. Cui concilio ipse interfuit, et anno 1440 inde rediens, captus est ab illis (nobilibus) de Gůldlingen et in castrum Meyenfels†† cum suis equitibus captivus ductus. Castrum illud tum pertinebat ad nobiles de Gemmingen, Erckinger Hoffwartten, Hansen von Aurbach unndt Contz Schotten, auch Heintz Planken, qui erant insignes praedones†††.

[1] omnimo, Hs.

[a] Tullau und Michelfeld, O.-A. Hall. Diese Urkunde betrifft Waldsall und ist von 1402. Sie steht bei Kremer, Chr. p. 1162.

[b] Sindringen, O.-A. Oehringen. Die Urkunde bei Kremer, Chronik p. 1172.

[c] Westernhausen, O.-A. Künzelsau. Die Urkunde steht in Kremers Chronik, p. 1181.

[d] Rosenkaim nennt ihn Schönhut.

[e] Nämlich Wilhelm, der Sohn, von Bebenburg. Ueber diese Abgabe und diese Urkunde selbst siehe Zeitschr. f. wirt. Franken Bd. 6. S. 125. Diese jährliche Abgabe ist keine recognitio feudi, da die Stiftungsgüter des Klosters keine Lehen waren, sondern sie ist ein freiwillig übernommenes Servitut.

[f] Die Urkunde siehe in Kremers Chronik p. 1246.

[g] Nach Schönhut (wirt. Franken Bd. 1. Heft 5. S. 22.) war Beringer von Adelsheim der Sohn Boppos I. von A. Derselbe Beringer von A. hatte nach obiger Stelle einen Sohn, der ebenfalls Beringer hieß.

[h] Unter-Dippach, Amt Adelsheim.

[i] Ist wahrscheinlich Dippach im O.-A. Neckarsulm und nicht Ober-Diebach, welches in der Zeitschr. f. wirt. Franken Bd. 7. S. 366. unter den eingegangenen Orten aufgezählt wird. Die Urkde. siehe in Kremers Chronik p. 1223.

[1] consilio, Hs.

* Beide Urkdn., die von 1415 und die von 1418, stehen in Kremers Chronik p. 1244 und 1272.

** Diese Urkde. von 1418 siehe in Kremers Chronik p. 1270.

*** Barbara, Gem. Sigismunds.

† Die Abschrift dieser Bullen steht bei Kremer Chronicon p. 1433, aber mit dem Datum VI. nonas Martii.

†† Maienfels, O.-A. Weinsberg.

††† Die Gefangennahme des Abtes Heinrich erzählt Kremers Chronik p. 1437 so: Heinricus, abb. Speciosae Vallis 29, captus ab illis de Gůltlingen tempore concilii Basileensis et in castrum Mayenfelsz cum suis equitibus ductus. Haec res ab aliis sic tradita: Abbas Heinricus cum a concilio Basileense versus monasterium suum iter ageret, cum equitibus suis ab illis de Venningen (von zweiter Hand Genningen) captus est et ductus in arcem Meyenfelsz. Erat tunc Meyenfelsz illorum

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/mone1867-4/0159
© Universitätsbibliothek Freiburg